

## **Address of St. Norbert to his Confreres**

Dolens a vobis dicesseram, fratres, sed propitia Dei clementia, jam laetus et quasi tripudians revertor ad vos. Inimicus homo, inveteratus ille odii et rixarum seminator diabolus, diris nos a vobis schismate avulserat, ut qui imperium a scissuris incooperate stabilire, propagaret dissidiis, pastoremque a grege dividens, oves sine certo duce, ad vocem mercenarii vagantes, in barathrum detraheret. Haec fuit invidentis inimici antiqua fraus, haec fuit et mali praesentis origo, per quod concordiam scidit, non minus foelicitati publicae, quam saluti ovium et pastoris officio necessariam. Tempestate pene obruti fluctus quos sedare non licuit precibus, fuga declinare oportuit. Verum Deo gratias! Christus qui fremente procella dormire visus est, ad clamores tandem periclitantis evigilans imperavit ventis et mari, et fracta est tranquillitas magna. Pacem quam Diabolus eripuerat, restituit nobis Deus pacis. Illam, quaeso, fratres, ardentem amate, indesinenter quaerite, prudenter custodite. In vinculo charitatis corda nostra cohaereant, et sicut de primis Christianae fidei cultoribus scriptum est: erat cor unum et anima una, ita et imposterum, in unitate spiritus amulemus omnes. Nolite timere, filioli, quos iterum parturio, ne mala